tpamento maxime indiget
vn Quintilianus in li° de causis
Nichil inquit difficilius credo
quam silencium in tuta habere Facilius
enim sermone promptissimo delinqui-
mus quam tacendi constanciam seruare
non possumus qua obrem in publicis
de feminis autem accusauimus vel
laudauimus Tullius sine teste locu-
tus putauimus Quod tacitum esse vis
nulli dixeris, quia non poteris
ab alio silencium exigere si tibi ipsi
non prestas libencius quod audias
quam loquaris Tamen qui nescit loqui
nescit tacere Sed tamen dissolutus multiloquium
occupat ita ut iuuenes sic senes
femine prout viri loqui audeant
nullo quasi verecundie freno lingue
trahitur habena Ex quo Ambrosius
li° de officiis Sicut inquit in seni-
bus grauitas sit in adolescentibus ve-
recundia velut quadam nature dote
commendatur Hec in ipso corporis motu
gestu et incessu tenenda est Nam
verecundia est vbi sedi superflua
quasi exprimere vel respuere Sed si
verecundia abscessit qua cum nichil
gracius est ad consiliandos animos ut
inquit Quintilianus li° 2° de ora-
toria institucione heu heu quod dicam
quia senes quibus pallius loqui
suppetit ea turpia enormia que
proferre non audent que absque
metu verecundie confusique serpens iu-
uenes quam effrontes proferunt Vti-
nam pudore gereret quod me-
diante lingua temperatur Ita teste
Seneca epistola undecima ad

Lucillum Verecundia in adolescente
bonum signum est Hic nutriendus
est pudor qui si diu in animo dura-
uerit aliquis bone spei locus erit
Sed peccatorum copiosa multitudo tol-
lit pudorem ut ait Tullius li° de
beneficiis Pudorem inquit tollit
multitudo peccancium et desinit esse
probra maledicta Sed indubie ne-
gare non possum huius temporis signa-
ta malefactis fore ut cum non nisi
turpia placeant seriosa quasi pre-
centes vel odio habent vel sile-
mox arcant Tullius quasi hominem ge-
neribus assistere videtur eloquiis
etiam continuis Et ut audire
sufficeret et non proferre quorum om-
nium occasio defectus verecundie est
que si habetur huiusmodi nephanda
vitarentur quia teste Valerius li° 4°
Verecundia parens est omnis honesti con-
silii est tutela sollempnium officiorum
magistra innocencie cara proximis accep-
ta alienis omni loco omni tempore fauorabile
presens vultu Vnde Simachus in
stilo epistolari quorum mores honesta est
infecta est Sed effrontes inueniuntur
quorum memoria contracta est quibus
silere si mos esset honesta causa
laus surgeret que turpiloquio
coinquinata est heito i° katho
dicebat Pauca in conuiuio loquere
Et illud in metro Virtutem primam
puto compescere linguam Proximus
ille deo qui scit racione tacere
Et subdit Inter conuiuas fac sis
sermone modestus Vnde Alexander

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0096
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg